Augustinus, Aurelius: Opuscula

Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 20 Mar. 1489, 1489 Seite 244



acceptuꝝ fuisse palmā in animo meo:ni/
si ego credidissem post mortē restare aīe
vitā:ꝛ tract⁹ meritoꝝ:qđ epicur⁹ crede/
re noluit. Et querebā si essem⁹ īmortales
ꝛ ī ꝑpetua corporis voluptate sine vllo
amissionis terrore viuerem⁹:cur nō esse/
mus beati aut qđ aliud quereremus:ne
sciens idipm ad magnā miseriaꝫ ꝑtinere
ꝙ ita demersus ꝛ cec⁹ cogitare nō posseꝫ
lumē honestatꝭ:ꝛ gratis amplectēde pul
critudinis.quā nō vidit ocul⁹ carnis et
videt ex intimo. Nec ꝯsiderabā miser ex
q̄ vena mihi manaret:ꝙ ista ipa feda:tñ
cū amicis dulciter cōferebā:nec esse sine
amicis poterā beatus.etiā ſm sensū:quē
tūc habebā in quātalibet affluētia carna
liū voluptatū. Quos vtiqꝫ amicos gra
tis diligebaꝫ:vicissimqꝫ ab eis me diligi
gratis sentiebaꝫ. O tortuosas vias. Ve
anime audaci:q̄ sperauit si a te recessisset
se aliqđ meli⁹ habiturā. Versa ꝛ reuersa
in tergū ꝛ in latera ꝛ in ventrē:ꝛ dura sūt
oīa. Et tu sol⁹ requies. Et ecce ades ꝛ
liberas a miserabilib⁹ erroribꝫ:ꝛ ꝯstituis
nos in via tua:ꝛ ꝯsolaris ꝛ dicis. Curri
te:ego ferā:ꝛ ego ꝑducā:ꝛ ego ibi ferā.

Explicit liber sextus.

Incipit septim⁹.

Iam mortua
erat adolescētia mea ma/
la ꝛ nefanda:ꝛ ibā in iu/
uentutē quāto etate ma
ior tanto vanitate turpi
or:q̄ cogitare aliqđ substātie:nisi tale nō
poterā quale ꝑ hos oculos videri solet.
Nō tamē te cogitabā de⁹ in figura cor/
poris humani:ex q̄ audire aliqđ de sapiē
tia cepi:semꝑ hoc fugi:ꝛ gaudebā hoc re
perisse ī fide spūalis matris nostre catho
lice tue. Sꝫ quid te aliud cogitarē nō oc
currebat. Et conabar cogitare te homo
ꝛ talis hō summū ꝛ solū ꝛ veꝝ deuꝫ:ꝛ te
incorruptibilē ꝛ inuiolabilē ꝛ incōmuta
bilē totꝭ medullis credebā:qꝛ nesciēs vn
de ꝛ quomodo.plane tamē videbā ꝛ cer
tus erā:id qđ corrūpi potest deteri⁹ esse:
q̄ id qđ nō potest:ꝛ qđ violari nō potest
incunctāter ꝑponebā violabili:ꝛ qđ nul
lam patit permutationē meli⁹ esse q̄ id
qđ mutari potest. Clamabat violent cor
meū aduersus oīa fantasmata mea:ꝛ h
vno ictu conabar abigere circūuolanteꝫ
turbā immūdicie ab acie mentis mee:ꝛ
vix dimota in ictu oculi:ecce cōglobata
rursus aderat:ꝛ irruebat in aspectū meū
ꝛ obnubilabat eū:vt q̄uis nō formā hu
mani corporis corporeū tamē aliqđ cogi
tare cogeret ꝑ spacia locoꝝ:siue infusuꝫ
mūdo:siue etiā extra munduꝫ ꝑ infinita
diffusū.etiā ipm incorruptibile ꝛ inuio/
labile ꝛ incōmutabile:qđ corruptibili et
violabili ꝛ cōmutabili ꝑponebā. Quoni
am quicqđ priuabā spacijs talib⁹:nihil
mihi esse videbat. Sꝫ prsus nihil:ne in
ane quideꝫ:tanq̄ si corp⁹ auferat loco et
maneat loc⁹ oī corꝑe vacuat⁹:ꝛ terre/
no ꝛ humido ꝛ aereo ꝛ celesti.sꝫ tamē sit
loc⁹ inanis tanq̄ spaciosū nihil. Ego ita
qꝫ incrassat⁹ corde nec mihimetipi vl' ip
se ꝯspicuus:quicqđ nō ꝑ aliquāta spacia
tenderet vel diffunderet:vel cōglobaret
vel tumeret vel tale aliqđ caperet aut ca
pere posset:nihil prsus esse arbitrabar.
Per q̄les eñ formas ire solēt oculi mei:
ꝑ tales imagines ibat cor meū:nec vide/
bam hāc eandē intentionē qua illas ipas
imagines formabā:non esse tale aliqđ:q̄
tamē ipsas nō formaret nisi esset magnū
aliqđ. Ita etiā te vita vite mee grandē ꝑ
infinita spacia vndiqꝫ cogitabā penetra
re tantā mūdi molē:ꝛ extra eā quaq̄uer/
sum ꝑ immēsa sine termino:vt haberꝫ te
terra:haberet celū:haberent oīa:ꝛ illa
finirent in te:tu aūt nusq̄. Sicut aūt lu
ci solis nō obsisteret aeris corp⁹:aeris hu
ius q̄ supra terrā est quo min⁹ ꝑ eū traij
ceret penetrās eū nō dirūpendo aut ꝯci/
dendo:sꝫ implēdo eū totū:sic tibi puta/
bam nō solū celi ꝛ aeris ꝛ maris:sꝫ etiā ter
re corp⁹ peruiū:ꝛ ex oīb⁹ maximis mi
nimisqꝫ partib⁹ penetrabile ad capiēdaꝫ
ꝑsentiā tuā:occulta inspiratōne intrinse
cus ꝛ extrinsec⁹ administrāte oīa q̄ crea/
sti. Ita suspicabar:qꝛ cogitare aliud nō
poterā:nā falsū erat. Illo eñ modo ma/
ior pars terre maiorē tui partē haberet:

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-298/0244
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG